Anno domini millesimo iiij^c l. die xvj mensis aprilis. Confessus
fuit Jacobus Rostagni de Grass et in veritate recognovit
Jacobo Jusberti filio Johannis Jusberti quondam de Grass procuratori et
procuratorio nomine Jacobi Jusberti de Aquis se tenere et possidere
quandam fayssam vinee sitam in territorio Grass loco
vocato Malboc mixtam vineam Berendi Maynfrendi et mixtam
vineam Fulcenis Capusii et mixtam alios suos confines in Ephi
teoym et sub maiori dominio et servicio unius ob corpus
annis singulis solvendorum Jacobo Jusberti de Aquis seu alteri
eius nomine in festo sancti Miquelis et solvere terzenum quicumque
dicta fayssa ipsius vinee venderetur vel permuteretur vel quocumque
alio titulo vel contractu seu quasi transferetur vel alienaretur
ratione possessionis vel utilis dominii in quacumque
personam et in prohibitas a iure personas promisit ipse
Jacobus Rostagni non transferre ipsam fayssam et ad
omnia ipse Jacobus se obligavit et facere promisit dicto Jacobo
nomine quo supra presenti et stipulanti que Ephiteoca de iure
teneretur dare vel facere dominio a quo habet causam et
ab omnibus a iure prohibitis abstinere ut supra dictum est
et pro his omnibus obligavit dictus Jacobus Rostagni dictam
fayssam dicte vinee superius confrontatam sub renunciationibus
et cautellis de quibus omnibus dictus Jacobus petiit sibi
fieri publicum instrumentum actum Grass ante domum Berendi
Berendi Roque quondam in presencia Petri Mathei notarii et
Petri Gaufredi de Grass etc. vocatorum et rogatorum

Et mei Jacobi Jusberti notarii publici auctoritate
Reginali in comitatibus provincie et forcie constituti
qui rogatus hanc cartam scripsi et signo meo signavi